

A cis alligabatur, momento temporis avulsam in altum abripuit, tanta arte atque pericia inter scopulos hostileque navigium directa prora, ut quod propositi erat in maximo periculo, & navem excluderet, & abrahis scopulis, paratum naufragium evitavit. Dalmatas navis praefectum, qui in mare se praecipitaverat, ut ad arcis scopulos adnaret, Justinianus nobilis adolefens per undas itidem adnando, evadentem consecutus, crinibus arreptum, in proximum litus pertraxit. At Caballus captivam trahens navem, regressus ad classem, summa populi gratulatione susceptus, donatus est quingentis aureis, praeda locis navalibus divisa. Galli fame coacti, deditioem fecere. Genuenses arcem libertati suae insidiantem, quam impotenti imperio regis victoris in collum proprioque humeros exerebant, a fundamentis excidere. *Jovius lib. 12. Hist.*

CORRUMPERE, PERDERE.

¶ *Consule Tit. Prudentia in navibus corrumpendis, quatenus prudentia fortitudo jungitur.*

CONSTANTE imperante, Mauvis Arabs apud Tripolim magnas instruxit naves, Constantinopolim peturus. Id cernentes duo Christiani fratres, buccinatoris filii, divino animi fervore exagitati, ad carcerem accurrerunt, effractisque foribus, & captivis liberatis, Amiram Tripolitanum, & eos qui ipsi aderant, occiderunt: univervoque apparatu cremato, eligerunt. *Cearens.*

MACHINIS, AGGERIBUS HOSTIUM  
FORTITER INSIDIARI.

Cum Vespasianus Jotapatam Galilae urbem oppugnaret arietibus, Samei F. Eleazarus, & Saba Galilae oriundus, famulam ingens tanta vi super arietem ex muro demisit, ut machina caput abrumperet, idque ex mediis hostibus salu ad eos delatus auferret, nulloque metu reportaret ad murum. Postremum tanquam signum, quo tuta mitterent, hostibus propositum, nudo corpore quinque sagittarum vulneribus confixus est, earumque nulla resecta, ubi murum ascendit, unde jam videri ab omnibus poterat, sua audacia ibi constitit, contra duntaxat dolote plagarum, cum arietate decidit. *Iosephus lib. 3. c. 9. belli Iud.*

Tres Iudaei milites, Tephthaeus Garfites, Megaffarus & Adialenus Agiras, Tito Hierosolymam oppugnante, stupenda audacia raptis facibus per medias Roman. legiones evolarunt, & ignem aggeribus iniecerunt. Quibus nec audaciores, nec terribiliores ulli eo in bello apparuerunt, cum non secus atque ad amicos, in agmen hostium irruerent. *Idem lib. 6. c. 12.*

CASTRIS FORTITER INVADERE.

Cum Hannibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obsideret, Vibius Accus, Peligna cohortis praefectus, vexillum trans Punicum vallum projecit, seipsum, fusoque commilitones, si eos hostes potui essent, excretratus: & ad id petendum subsequente cohorte primus impetum fecit. Quod ut Valerius Flaccus tribunus tertiae legionis aspexit, convertitus ad suos: Spectatores (inquit) ut video alienae virtutis huc venimus: sed abist dedecus a sanguine nostro, ut Romani gloria cedere Latinis velint. Ego certe aut speciosam optavi mortem, aut felicem audacia exitum, vel solus praerupte paratus sum. His auditis, Pedanius centurio convulsum signum dextra retinens: Jam hoc (inquit) intra hostile vallum mecum erit: proinde sequantur, qui id capi nolunt: & cum eo in castra Pavorum irrupit, totamque secum traxit legionem. Ita trium virorum fortis temeritas, Hannibalem paulo ante spe sua Capuae potitorem, ne castrorum quidem suorum portentem esse passa est. *Val. Max. lib. 3. c. 2.*

URBES FORTITER OPPUGNARE, EXPUGNARE.

¶ *Consule Tit. Stratagematum in urbium, & castrorum expugnatione. Potest enim idem exemplum diverso respectu utriusque loco infervere.*

JOAB Saruja F. in oppugnatione Jebuse, primus arcem Sion ascendit. *2. Reg. 4. & Iosephus lib. 7. Antiq. c. 2.*

ARCHIAS & LYCOS Lacones, cum Lacedaemonii Samum obsiderent, soli cum Samiis ad murum refugientibus irrumpentes, interclusa ad redeundum via, intra urbem Samiorum occubuerunt. Quod si ceteri Lacedaemonii pari fortitudine pugnaissent, capta eo die fuisset Samus. *Herod. lib. 3.*

ALEXANDER MAGNUS in oppugnatione Nyssae urbis cum milites suos in trajiciendo amne, quo ab una parte urbs cingeba-

tur, segiore videret, ipsius annis altitudine territos, cuto E pectori subiecto, primus fluvium tranavit. In India aliam urbem oppugnans, primus scalis in urbis muros evasit. In quibus cum, effractis scalis, cum duobus tantum remansisset comitibus, quanquam multis acceptis vulneribus, nunquam de se hostibus dedendo verbum fecit: sed ut erat confossus, a muris salu ad suos recepit. *Fulg. lib. 3. c. 22. ex Plut.*

Confugerant in munitissimam quandam petram, cui Aoron erat nomen, Ariarorum terrae habitatores, ut ab hostium vi incolomes essent. Ad hanc quoque Alexander Magnus venit, speculatusque omnes loci difficultates, desperabat, vi se aliquid posse efficere. Tunc ad eum senex quidam pauperimus cum duobus filiis accessit, qui cavum quoddam ad radices ejus petrae habitabat, exitum haecenus, ut tres lectulo caperet, eumque de toto stantio suo reddidit certiore, pollicinque est, per angustias quasdam ad id loci eum ducturum, unde Barbaris, qui petram occupaverant, vim inferre possent. Cuius consilio parens, locum occupavit. *Diad. lib. 17.*

PYRRHUS Epirotarum rex, cum in Sicilia Eryce arcem munitissimam oppugnaret, primus scalis in muros confendens voluit. Ibi hostium, a quibus pemebrat, alii occisus, alii confectus fuit atrocitate territis, vi primus in muros evasit: illicque tandem solus hostium vim sustinuit, quo ad milites, qui deorsum erant, receptis animis, ac stimulantem praeterea ob ea, quae regem egisse viderant, pudore, omnes impetu facta muros confenderunt. *Fulg. lib. 3. c. 2. ex Plut.*

Captus a L. Sylla Athenis, ipse Sylla commemorat in commentariis, primum in murum evasisse M. Tejum: ac cum hostem, qui se objiciebat ei, feriret, ex violenta ictus, quem caesidi intulit, ensem fregisset: non cessasse loco tamen, sed ibi restitisse, atque eum retinuisse. *Plut. in Sylla.*

SCIPIO AEMILIANUS, cum in Hispania sub Lucullo duce militaret, atque Interaciam praevallidum oppidum circumfunderetur, primus moenia ejus confendit: neque erat in exercitu quisquam aut nobilitate, aut animi indole, aut futuris actis, ejus magis saluti consilii & parci deberet: sed tunc clarissimus quisque juvenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi sustinuit: deforme sibi existimans, quos dignitate praefaret, ab iis virtute superari. Ideoque Aemilianus hanc militiam, alii propter difficultatem vitantibus, sibi deponit. *Val. Max. lib. 3. c. 2.*

TRE VESPASIANI in expugnandis Tarichaeis, Galilae urbe munitissima, fortitudinem, & gloriae studium, qui cum paucis potius victoriam forem, magno periculo, percipere voluerit, quam majores copias & auxilia expectare, ut qui primus cum equo per lacum Genesarem urbem intrare fuerat ausus, pete ex Iosephi lib. 3. belli Iud.

In expugnatione Hierosolymorum sub Tito, Julianus centurio ex Bithinia non ignobilis, ubi Romanos, qui Antoniam arcem invaserant, jam cedere, & male pugnare conspexit: subitò prostravit, & Judaeos victores solus ad interiorem templi angulum persecutus est, cum vim & audaciam illius nemo sustineret; eaque specie nihil Caesari admirabilis, aut aliis horribilius visum est. Verum calcos habens creberrimis atque acutis clavibus, more militari, suffixus, dum strato faecis crustis solo curreret, labitur, magno cum armorum sono: & mox a Judaeis, priusquam surgeret, telis oppressus, magno Rom. omnium cum moreore occubuit. *Idem lib. 7. c. 2.*

In oppugnatione Hierosolymorum Titus milites suos hortabatur, uti Antoniam arcem munitissimam caperent. Ceteris magnitudinem periculi praesentis timentibus, Sabinus Syrus, gregarius miles, statuta pusillitas, sed animo heroico praeditus, animam suam se Caesari daturum professus, ad murum properat, sequentibus XI. aliis virtutis ejus annulis. Et jam summa muri mira audacia prehenderit, hostesque in fugam verterat, cum jactu lapidis cum maximo strepitu pronus decidit, & a Judaeis sagittis est confectus. Ceteri faucibus in castra relati. *Idem lib. 7. c. 2.*

Sapientis cujdam militis Rom. fortitudinem in urbe Persarum Bejudae expugnanda, & muro post alteram repullam occupando, pete ex Svida: qui illum corpore quidem Tydeo Homero confert, animo vero Herculi etiam praefert.

Quum Joannes Zimifca Imp. Persthabam, regiam Bulgariae urbem, obsideret, parimque proficeret, tandem quidam Miles dextra gladium tenens, lavaque scutum ad capitis defensionem elatum gestans, primus per scalam in murum evasit. Scythae se de muris dedere praecipites. *Cedrenus.*

GODOFREDUS BOLONUS, Lotharingiae dux, & Eustachius frater, in Hierosolymorum expugnatione, laboris atque per-

EQUESTRES. FORTES IN HASTILUDIIS.

A periculi plena, in qua utrinque obsessi atque obsidentes plurimum sanguinis effuderunt, primi in muros evaserunt, ponte facto a lignea turri, quam ipsi muris admovent. Viam enim militibus virtute sua ad capiendam urbem, ut praefantes duces decet, ipsi straverunt, nulla ad eam inveniendam rem militum industria usi. *Sabell. lib. 4. c. 6. & Aemilius.*

JANUS FULGOSUS, Genuenium dux, cum sex fratris patre- vultus patria pulsus, est factus norat. Bernabam Adurnum ad- versae factionis principem, qui cum ducis titulo Genuae rerum potiebatur, praeter sexcentos Aragoni Alfonsi milites, magno alio militari numero septum esse: intrepidus una tiremi, anno salutis 1447. Genuam navigavit: nocteque interpesta cum quinque atque octoginta viris urbem ingressus, ad palatium pervenit. Illic praetorium adorus, cum penes omnes vulneribus confecti essent, ipse quoque crure atque facie facius, ductum Genuensem, & immortalis gloriae famam, ex eo praelio revulsi. *Fulg. lib. 3. c. 11.*

ULADISLAVO Ungarici imperante, Paulus Kinifus infra Sinderoviam castellum Turcicum multa praeda referunt, nocte ex improviso aggreditur. Quidam Croatis eximia virtutis murum ascendit: & quanquam viginti quinque vulneribus affectus, praedidum de munitionibus dejecit: & succedentibus impigre lociis, muri partem defensoribus vacuum tradidit. Eum rex morali corona, ducentis aurei nummis, purpureaque veste donavit. *Bonifinus lib. 3. Dec. 5.*

In eo bello, quod adversus Nurembergenses bellicosissimus Albertus Marchio Brandeburgensis eximie gessit, Gravenburgum ab eo multa vi oppugnatum est. Id oppidum in valle jacet xx. millibus passuum a Nuremberga, muro ac fossa munitum: in quo praeter oppidanos quingenti milites praesidio inerant. Oppugnatio quatuor diebus locis cepta est. Albertus sibi eam oppidi partem elegit, qua murus altior, & fossa profundior fuit. Insultu facto ab ea parte, quo oppidum captum est, secundus ex omnibus ipse murum ascendit, in oppidum vero primus descendit. Circumventus ab oppidanis, tandem pugnam sustinuit, donec alii superpetierunt. Oppidum captum direptumque est, foemina nulla vi illata. *En. Sylv. lib. 3. Com. in Panorm.*

ARCES FORTITER EXPUGNARE, OCCUPARE.

Cum jam Ferdinando II. Neapolitano regi ad insulam Ilichiam, quae antiquis Anaria fuit, obsidurum perfidiam, & Galliae regis Caroli VIII. successus naviganti, nihil praeter difficultates laboreque objiceretur, cum arcis praefectus eum uno tantum comitatum in arcem admittente: rex ut intronissus fuit, sese in eum tanto impetu conjecit, ut & ferocitate, & regiae majestatis recordatione, sic caeteros perterre fecerit, ut evitigio tum praefectum ipsum, tum arcem in suam redigeret potestatem. *Guicciardi. lib. 1.*

HOSTIASUS Ravennas miles, primus in Ticinensem arcem, Gallis militans, irrupit: & a Lotrechio in praemium navate opere, aeneam equestrem statuam Antonini Caesaris impetravit. *Jovius lib. 25. Hist.*

FORTITUDO LUDICRA, IN SUPERANDIS  
HOSTIBUS LUDICRIS.

¶ *Similacra pugna ad corporis exercitia pertinent, srobur corporis spectes. At si vigore animi, hujus erunt loci, praefertim cum ad seriam exercitacionem referri debeant. Exempla ex Titulis Olympionicarum, Athletarum, &c. peti possent.*

PEDESTRIS.

HERODOTUS auctor est, Machylos & Aufes circa Tritonidem habitare, quorum puella Minervae facti velut in turmas divisa, sustibus sese & lapidibus incessant, faisse se partium morem servare. Sed quae vulneribus occubuerint, eas negant virgines fuisse. Quae omnium optima fortissimaque judicata fuerit, ea Graeco annorum apparatu, & circa Corinthiam in cursum sublata, circa paludem multo suorum applausu circumvehitur. *Sabell. lib. 4. En. 1.*

THEMISTOCLES filii Neocles & Demopolis, cum alter stadium, alter dolichum ludis fenebris vicissent, coronati sunt ab ignaris. Quod cum recitum esset, inimicis Themistocles insigantibus, & legis de exulibus commonefacientibus, parum abfuit, quin lapidarentur. *Svidas.*

Commodus Imp. gladiatoris retiariorumque circiter mille, aut vicit, aut occidit: trecentis sexaginta quinque, vivoque ad huc patre, in id certamen descendit. *Sab. lib. 5. En. 7.*

Tempore Theophili Imp. inter captivos Saracenos quidam fuit manu promptus, & manum agilitate ceteros, eques praclarus, ambidexter, inter equitandum duabus utens hastis, scite admodum adversarios dejecit. Cum ergo Magnus domesticus in Circo triumphum victoriae ejus agere iussit, ante reliquos hominem istum duceret: Imp. laudationibus ejus inductus, equum confendere, duabusque acceptis hastis, aris suae ac praesentiae speciem coram universis edere eum iussit.

Id cum feret & imperitiores spectaculo delectarentur, Theodorus cognomento Craterus, is qui non multo post sanctorum Erii Martyrum cohortis princeps est factus, propius regi aditans, subannare Agrenum istum, & affirmare, nihil ab eo forte aut terribile agi. Imp. aegre id ferre, Craterumque effeminatum & invitatum increpare, qui tale praesertim nihil posset. Contra Craterus, duabus hastis se necare uti: neque enim hoc didicisse, quod his nguis in bello nihil opus foret: sed Dei auxilio fretum, unica hasta istum equo deturbatum. Imper. his verbis irritatus, per ipsum istum caput jurare, Cratero se vitam erepturum, nisi implemet factum, quod verbis haecisset. Et Theodorus statim concessit equo, hastaque sumpta, cum Saraceno manum conferuit, citoque eum equo praecipitem dejecit. Pudore quidem affectus est Imp. ab eunuchis dejectum cernens Saracenum, tamen & virtutem hominis veneratus, & suos reveritus, amice compellatur Craterum, vestibus honoris causa donavit. *Cedrenus.*

CAROLUS MARTELLUS, Pipini Brevis filius (gestis postea contra Saracenos clarissimus) adolefens etiamnum nullo numero, cum in principum celebri conventu ludu militares ex more agerentur, attritus totus, tres in clypeo martellos simili colore praefereus, in circo, quocumque illi fors objiceret, sine discrimine prostravit. Versis omnium oculis in atrum militem, quarebant omnes, Quis ille est? Quis ille? quae ignorantibus, tandem ad postulata virginum ac dominarum galeam detraxit, & hinc cognomen Martelli traxit. *Craez. lib. 4. Svecia. c. 48.*

Tempore regum, Magni Ladali Gothorum ac Svecorum, & Erici Danorum, in publico principum conventu, apud Vestrigothos in Scaris, circa annum Sal. 1278. primum torneamentum sive hastiludium celebratum est. In eo Magnus Dyfavald Sveonum nobiles ad singulare certamen provocans, equum & centum libras argenti puri in praemium certaminis proponebat, si victus pugna excessisset. Eum Sveonibus Erenghisus Plata, vir taciturnus, primo impetu, equo dejiciens, superavit: eumque & argentum in victoria praemium reportans, documento Danis fuit, Sveones magis viribus, quam verbis instructos, ad praelia devenire. Itaque Danti visio oculi sui Achillis, a torneamentis & verborum jactantia in longa tempora quieverunt. *Olaus lib. 14. c. 10.*

In regia urbe Holmensi, tempore regis Sveonum Christophori, quidam Hofstas de genere Ramiorum, Svecorum singulos magno fastu & contemptu ad singulare certamen provocabat. Sveci jactantiae ejus potius, quam viribus satisfacere cogitantes, Monachum quendam Ordinis S. Dominici, veteranum equitem, sed militia defunctum, equo valido, armis ornatum, galeaque reatum, ac hasta munitum, in arenam producant. Is Hofstas congressus, eum ab equo dejecit: similiter de reliquis omnibus, quotquot occurrere sunt ausi. Pluribus deinde restare non visis, priusquam loco abiret, iussit pro honore suo, dejecto vultu gynaeceum saltare, galea deposita, equoque calcatibus citato, ad monasterium fugiens, ejus miles esset, monachali habitu & vita monstravit. *Idem.*

ULADISLAVO Boemorum princeps hastiludii Prague instituerat. In eo certamine Sobieslaus frater natu minimus palmam tulit, & ipso etiam principe dejecto, monile gemmatum victoriae praemium obtinuit. Quod cum collo gestaret, invidis calumniae ansam dedit, quasi principem etiamnum insultaret. Hinc suspitionibus utrinque auctis, cum Vaceonem principem Sobieslaus per insidias trucidare curasset, quasi delatorem sui apud principem ageret, exilio solum vertere coactus fuit. *Dubravius lib. 11.*

LAURENTIUS & Julianus Medices, civilibus artibus exornati, armorum equitandique perita tantum vix dum pubecentes excellere, ut Julianus juvenilis decoris avidus, proposito ingenti praemio, nobilissimos ac fortissimos quoique equites e tota Italia ad ludicrum certamen invitari. Cui spectaculo, apparatu frequentiaque hominum valde memorabili, Petrus pater praefuit: annotatumque est, Julianum acclamantibus ac fa-

A ventibus cunctis, multo plures, quam quisquam alius, hastas triplici ferro præparatas, adversis concurrentium equitum pectoribus, perfrēgisse. Ejus gloriosi laboris præmium fuit triumphus, Politiāni divini poeta carminibus celebratus. Nec multo post Laurentius, ut fratris laudibus æquaretur, novum spectaculum periculosissimæ pugne edidit: in quo non singuli sed cæphraçti de more, intermedia erectarum tabularum linea discreti concurrerant; sed conglobati confertis turmis ad veri certaminis imaginem, libero in campo dimicabant. Hujus quoque speciosissimi certaminis memoriam Aloysius Pulchrius Politiāni annulus, percipiendo edito poemate, sempiternam fecit. *Jovius in Leone X. l. 1.*

In aula Isabella Hispaniæ reginæ, Confalvus Magnus, quum spectacula & equestres ludi, vel concurrentium juvenum hastarum, vel arundines more Mauriciaco jaculantium ederentur, usque adeo supra æquales summæ nobilitatis adolescentes sese extulit, ut acclamatione spectantis populi juvenutis Princeps appellaretur. *Jovius in Confalvo.*

Quum Carolus V. Cæsar, anno 1530. Bononiæ coronaretur, ejus uxor Isabella puerum peperit, cui propter avi materni memoriam, Ferdinandi nomen impositum. Eius nuntii lætitiā celebrare in fines Hispaniæ reguli magnificentissimo apparatu, atque mirabili, ad equestres pugnas simulacrum, Maurorum jaculatorum cultu, in scuta passim coniectis arundinibus decurrentes: quum hinc Olorius Astorgius, illic Pæceus Astalonis, ornatisimi duces, singulas turmas spectante Cæsare, in formam pugnaturs induxissent. Concurrere etiam quadringuo Itali, Belgæ, Hispanique equites cæphraçti, insignibus amatoris, & militariibus ornamentis valde conspicui, panno aureo, ac athero item purpureo, à senatu Bononiensi ad virtutis præmium, & in honorem Cæsaris, hilariter benigneque proposito: quod præmium Altamirus ex ulteriore Hispaniæ regulus, quod plures, quam quisquam alius, hastas in adversis concurrentium pectoribus infregisset. *Jovius lib. 27. Historiarum.*

\* DE FORTITUDINE ET FORTIBUS.

APHORISMATA ETHNICORUM.

ZENO accusatus, quod conjurasset in perniciem Nearchi tyranni, cum in equole juberetur edere nomina conjuratorum, nominavit plerisque illi amicissimos. De his sumpto supplicio, rogatus à tyranno, num quis superesset etiam? Tu solus, inquit, Republicæ perniciēs. Tandem & linguam dentibus amputatam in ostyanni, quod ob iracundiam habebat, exipuit. *Laert. lib. 10. c. 5.*

BION frequenter dicere solebat, Senum esse valere prudentia: juvenum verò fortitudine. *Laert. lib. 4. c. 7.*

CORISCUS, admodum senex, cum à quadam gravi morbo convalescisset: Apage, inquit, quam invitus reversus sum, jam magnam partem itineris emensus, quod abolvere omnino deest. Et sanè fortitudinis pars melior in moderato mortis contemptu consistit. *Stob. serm. 7.*

CROESUS rex, cum contemptum atque minaciter Biantem allocutus esset, hominem in adversis rebus infortunatum justit eum cepas edere, sletum civiliter indicans, quandoquidem harum elus ciet lachrymas. Aded sapientes arbitrantur, nihil esse æquè regium, ac virtutem, ejus instituta per totam vitam fortiter atque infortunato sequuntur, nec imperatis aliorum terrentur. *Philo Judæus lib. Quod omnis D. Probustiber.*

Idem, conservis demisso vultu merentibus, ed quod jam à latronibus capti essent, adinadvērens quendam ex aspectu plus satis effrenatum esse, accedens, inquit: Tu me emito, viro enim opus habere videris. Sic ille pudefactus cavillo, quod non esse vanum, erat sibi conficius, in turbam se abdidit, cæteris audacem conjectorem, sed viridicum stupentibus. *Philo Judæus eodem libro.*

SOCRATES interrogatus, Quid esset fortitudo & robur? dixit, Nodus animæ cum corpore. *Stob. serm. 7. de fortitudine.*

DEMOCRITUS, Quid esset fortitudo? scilicet: Dispensatio minuit, inquit, Item, fortis est, non qui hostes modò superat, sed & qui voluptatis superior existit. Nam licet aliqui civitatibus impent, mulieribus servant. *Eod. ser.*

THEODORO PHLOS, minabatur tyrannus mortem, & quidem insepultam. Habes, inquit Theodorus, cur tibi placeas: hemina sanguinis in tua potestate est, nam quod ad sepulturam pertinet, d te inepum, si putas interesse, supra tertiam an infra putrefcam. *Senec. lib. 7. tranquill. anim.*

PLATO interrogatus, quomodo affectum esse conveniat ad

versus calamitates? Ita (dixit) ut providens aliquis non incidat in eas: si tamen incidat, condemnationem etiam sui non curet. *Stob. serm. 7.*

ARISTOTELIS, Quid esset fortitudo, scilicet: Est (inquit) virtus animosi, per quam non facile moritur metus inquit.

LACON quidam noctu præteriens monumentum, quum videret spectrum, accurril lancea trajecit, & in hoc nitens: Quò me fugis, inquit, bis moriturus? *Plut. in Lac.*

CLEONENES, cum Sophidam quendam de fortitudine differentem non admodum attentis auribus audiret, & ob id à quodam reprehenderetur: Inepum est, inquit, quoniam de fortitudine magnificis uti verbis, qui ipse nil fortiter gessit unquam. *Plut. in Lacon.*

ALEXANDER MACEDO: In Illo sacra facienti Alexandro, sacerdos dixit, se ostenturum Paradisi lyram: ad ille, Imo Achilles (ait) si habes, ostende; ac ante lyram, potius hastam. *Stob. serm. 7.*

SOCRATES, morti adjudicatus, & proximus quidem Apollodorus eum accedens, ait: At illud, o Socrates, ægerimè ferò, quò te injuste damnatum video. Tu Socrates: An tu (respondit) malles me justè, quam injuste damnatum? Simulque risisse dixit. Cum autem Anymum salum testem præterirentem videret, dixit: Vir ille triumphat, quasi facinus magnum & præclarum egerit, me ita occiso. Sed quam stultus & improbus est! ignorat enim, uter nostrum in omne ævum utilior & melior exiterit. *Xen. in Apol. pro Socra.*

ARCHIDAMUS SPAR. R. SOLI, inquebat, in rebus secundis non sumus insolentes, & in adversis non frangimur nostris: Nec incitantur laudibus, ut delinuti volutate, præter nosram sententiam aliquid moveamus: nec acculati impellimur ita ac dolore, sed propter gravitatem simul & bellicosi & circumspicèti sumus. Bellicosi, quia pudor cum gravitate conjunctus est, & cum pudore magnitudo animi. Circumspicèti verò sumus, quia sic institumur, ut non ita ineptiamus, quam ut leges contemnamus. Et severis regimur cum quadam asperitate, quum ut detrectemus obedire. Sicque sumus assueti, non ut in rebus inutilibus splendida oratione sapientes videamur, aut hostes vituperemus, aut reipà impares in eos moveamus: Sed existimamus etiam alios valere consilio, & fortuitos casus non posse propitios. Adversis hostes factis imus non præparamus, ratiocinantes, quid ipsi tanquam homines non fluiti facturi sint. Nec pendet nobis spes ex aliena ignavia, sed ex nostra diligentia & circumspèctione. Ad existimandum est, homines non multum natura intet se differre: sed eos antecellere, qui in rebus necessariis rectè instituti sunt. *Thucyd. lib. 1.*

AGESILAUS fortitudinis in rebus adversis insigne dedit specimen. Canon & Pharnabazus per classem regiam mari potiti, obidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Atheniensium civitas moribus esset cincta. Inque Lacedæmoni Pharnabazo donante pecuniā, pacem inenit cum rege: mittuntque civem Antalcidam ad Tiribazum, Græcos Asiaticos, pro quibus bellum gesserat Agesilaus, tradentes regi unde evenit, ut hujus ignominia portio recideret in Agesilaum; Antalcidas enim inimicus erat Agesilao: ideo pacem quæcunque occasione confecti, invidens illius gloriæ, quem videbat bello crescere, reddidit maximum, ac maxime celeberrum. Nec tamen hæc infelicitas deiecit illius animum: qui etiam euidam dicent, quòd Lacedæmonii Medifarent, ita respondit, Imò Medi potius Laconifant; significans, indolem suæ gentis contrumpi fortuna non posse. *Plut. in Lacon. apoph.*

Idem, scilicet, utra virtus esset præstantior, fortitudo an justitia? graviter respondit: Fortitudinis nullum esse vitium, nisi adit justitia: Quòd si omnes essent justii, nihil opus foret fortitudine. An enim summo dignum duce, qui nihil præter equum judicavit faciendum: rectèque peripexit, plurimum interesse inter audaciam & fortitudinem. *Plut. in Lacon. apoph.*

ALEXANDER MAMMÆ F. cum audisset Artaxerxem Persarum regem magno militum exercitu Romanum invasurum imperiam: Fortes, inquit, viros atque moderatos decet optima quidem optare, sed ferre etiam, quæcunque accidunt contra animi votum. Fortitudinis quippe est, rebus profperis non extolli, inausis nequaquam deieci animo. *Herodian. lib. 6.*

ANAXARCHUS, dicente ei Alexandro, Suspendam te: Minare his, inquit, è vulgo: mea autem nihil interest, super tamne an infra computrefcam. *Stob. serm. 6.*

ALEXANDRO mortuo, quum Anaxarchus tempestate esset delatus in Cyprum, Nicoreon memor contumeliaz, philosophum

Aphum arreptum in mortarium coniecit, ac ferreis pistillis contudit justit. Hic illam vulgò celebratam vocem emisit: *ὄχι τὸν Ἀναρχὸν δὴ δάκων, Ἀναρχὸν δ' ἴστωσιν*: Id est, Tunde Anaxarchi mantiam, nam Anaxarchum non percusit. Sentiens, corpus non esse partem hominis, sed animi domicilium tantum: Animus autem non potest tundi. *Laert. lib. 1. c. 10.*

DEMETRIUS CYNICUS gravi calamitate affectus, dixit: Hoc unum Divi immortalis notari possum, quòd non antehac mihi volentem vestram quem fecissis. Prius enim ad ista venissem, ad quæ nunc vocatus adsum. Vultis liberos sumere: illos vobis fastidi: vultis aliquam corporis partem? sumite. Non magnam rem promittit: citò totum relinquam. Vultis spiritum quiddam? nullam mortem faciam, quò minus recipiatis, quod dedistis. A volente feretis, quicquid petieritis. Quid ergo est? Maluisse offerre, quam tradere. *Id. Vide reliqua apud Senec. lib. 5. de providentia, seu Quare bonis viris mala occidant.*

Cn. Cornelius Lentulus in clade Cannensi tribunus militum quum equum Paulo Emillio in saxo sedenti, cruroque oppletto, adduceret: Tu quidem, ait Paulus, macte virtute, Corneli cito: sed cave, ne frustra miserandum, exiguum tempus è manibus hostium evadenti absumas. *Plut. & Livius.*

M. CATO, quibusdam effrenatis hominem inconsultè audacem & in rebus bellicis strenuum, ait, plurimum referre, utrum quis virtutem magno æstimet, an vitam non magnificat: sentiens, non eos itam esse fortes, qui quovis modo vitam contemnuat, sed qui tanti faciunt virtutem, ut hujus gratia vitam alioqui charam negligant. Nam semet in vite diuicriam conjicere, aut infelicium est, & quos vite jam tædet, aut immanium, & bellis simulum. *Id. in M. Cato.*

Quum Publius, Crassi filius, fortissimè in bello & pugnasisset, & cecidisset, hostes caput juvenis haste impositum gestantes, proxime ad Romanos accedebant, insultantes, rogantisque, quo genere juvenis ille fuisset ortus; neque enim fieri posse, ut ex patre jam ignavo & imbelli talis filius nasci posset. Hoc tam tristi spectaculo nihil commotus Crassus, per omnes ordines concionatus est, clamans: Meus hic privatus dolor est Romanus, mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus: ceteram publica civitatis salus & gloria in vestra incoluntate vestraque virtute sita est. *Plut. in M. Crasso.*

SCARIO Pompeji fœderi quum navem suam teneri ab hostibus vidisset, ferro se transverberavit, & querentibus, Ubi Imperator? inquit, Bene habet. *Brut. lib. 2. c. 1. ex Appiano.*

P. THRÆSEAS PÆTUS, cum post multa crudelia Neronis facinora, atque Agrippinæ mortem, in senatu Romano de Neronis rebus ageretur, cum mirum in modum senatores assentabantur, dicere solebat: Si me tantum Nero interfecurus esset, magnam haberem adulatoribus gratiam: sed si eos, à quibus maxime laudabatur, sustulit, sublaturoque est, cur oportet frustra turpiter & serviliter mori, cum manus nature exple liceat, retenta libertate? Me me enim, inquit, aliquis sermo habebitur in posterum, de is nullus, nisi tantummodò eos interfeceros fuisse. *Xiphil. in Nerone.* Idem dicere solebat, Nero pro innata sua crudelitate occidere me potest, ledere autem non potest. Innuens, corpus quidem hominum crudelitati expostum esse, animum autem nequaquam. *Xiphil. in Nerone.*

SYNNIDAS ante pugnam Leuclericam quibusdam dicentibus, illam ipsam diem ostensuram forem virum: Multifaciendam, urbane inquit, diem esse, quæ virum forem monstrare potest. *Plut.*

Miles quidam Lacedæmonius, in pugna prostratus, hostem ejus tergo insidentem rogavit ut se verteret, & in pectus potius fringeret ensẽ. Rogatus: Quid ita? Ne amatus, inquit, meus urebatur, si viderit averis confossum vulneribus. *Plut. in Lac.*

POMPEIUS, cum Syllane factioni se addidisset, non absque spoliis, nec sine creuenta victoria Imperatori se copias exhibiturum esse dicebat. Nec prius venit ad Syllam, quam multis confictibus hostium duces superasset. *Plut. in Rom. Apoph.*

JUL. CÆSAR, post attritos Tigurinos, ad urbem quandam sociorum proficiscens, cum audisset Helvetios in itinere occurrere, in locum quendam munitione se recepit. Ibi congregatis copiis, instructaque acie, ubi equus illius, cui solebat insidere, adductus est: Hoc, inquit, post victoriam utar in persequendis hostibus; & pedes agrestius est Helvetios. *Plut. in Cæs.*

Idem, videns aquiferum terga dantem hostibus, faucibus comprehensum hominem, in hostes manus convertit, atque ait: Quorifum abis ignavissime, an non illos esse vides, quibus cum dimicamus? *Brut. lib. 2. c. 43.* Idem, potentiam duabus potissimum rebus parari, pecunia scilicet, & militibus, atque de-

inde eam potentiam ejusmodi rebus conservari & augeri, dicere solebat. Existimavit autem, hæc duo sese consequi posse, exercitum commeatu retinere, rursum commeatu armis comparari. *Xiphil. in Cæs.* Idem, Dyrrachii expectabat, ut illuc à Brundisio milites mitterentur. Id cum tardius fieret, clam omnibus consensu scapha exigua, tentavit transminere pelagus; cumque navigium undis obruerent, gubernatori jam animum despondenti, quis esset, aperuit, dicens: Confide fortunæ, sciasque te Cæsarem vehere. Tanta erat animi præstantia, quasi fortunam ac Deos in manu haberet. Actum quidem tempestate ingravescente, verius est, quod institerat, peragere: Milites autem, ubi rescivere factum, concursim fecerunt ad Cæsarem, graviterque ferebant, si alias expectaret copias, velut ipsis diffusus. *Plut. in apoph.*

Cum Antonius appareret classem cum Cæsare configere, quidam tribunus militum, vir fortis, & armis exercitatus, Antonio prætererenti corpus suum multis cæciticibus insignitum ostendit, dicens: O Imper. cur his vulneribus, aut huic gladio parum fids, inquit lignis fragilibus semet reponis? Sine, Phœnices & Ægyptii classe pugnent: nobis Romanis terram da, in qua conuevimus vel hostem vincere, vel mortem oppetere. *Plut. in vita Antonii.*

TURBO, Adriani Cæsaris præfectus, monitus ab eo, ut curam haberet suæ valetudinis, sibi que daret vacationem à negotiis, respondit: Non decere Cæsaris præfectos, nisi stantes mori; ignavum esse sentiens, in lecto incumbentem expiatare. *Eras. lib. 6. in apoph.*

Martialis lib. 1. Epigrammatum, de Mutio. Dum peteret regem accepta satellite dextra, Injecit sacris se peritura focis. Sed tam seva pius miracula non tulit hostis, Et raptum flammis iussit abire virum. Vvere quam potuit contempto Mutius igne, Hanc spectare manum Porfena non potuit. Major decepta fama est, & gloria dextra: Si non errasset fecerat illa minus. *Martialis lib. 1. Epigrammatum de Portia.*

Conjux audisset suam cum Portia Bruti, Et subtraxit sibi quereret arma dolor. Nondum scitis, ait, mortem non posse negari? Credideram satis hoc vos docuisse patrem. Dixit, & ardens avido bibit ore favillas: Inunc, & ferrum turba molesta nega. *Horat. Carm. lib. 1. Ode. 3.*

Equam memento rebus in arduis Servare mentem, non secus in bonis Ab insolenti temperatam. *Lactius, morituræ Deli.* Horat. Epist. lib. 1. Epist. 3. ad Julium Florum.

Quod si Frigida curarum fomenta relinquere posses, Quo te celestis sapientia duceret, iter. Hoc opus, hoc studium, parvis properemus & ampli; Si patria volumus, si nobis vivere chari. *Boet. de consol. lib. 3. Metro. 5.*

Qui se vult esse potentem, Animos domet ille feroces, Nec vult libidinis colla, Fœdis submittat habenis. Etenim licet Indica longè Tellus tua iura tremiscat, Et serviat ultima Thule; Tamen atra pellere curas, Misera que fugare querelas. Non posse, potentia non est. *H.*

\* JUDÆORUM, ET CHRISTIANORUM.

Ex Apophthegmatibus editis per L. Beyerli.

Nunc illum virtutis actum proponimus, cujus ponderosissima vis, & efficacissimi lacerti, in Bellica Fortitudine consistunt: nec me præterit, Zisca Dux inclyte, principatum tibi in hac saltem scema assignari oportere. Erat Dux Hussitarum bellicosissimus, licet utroque oculo privatus: cumque jam morti proximus rogaretur, quomodo veller tumulari; ille, Mellem demortuo demitte, ex eoque tympani operimentum conficite. Hostes enim, ut viventes adpectum ferre non poterunt, ita nec mortui sonitum, ferent. *Ex Ænea Sylvii. lib. 3. Comment. de Gestis Alphonfi, Beyerli. in Apoph. C. vrsi. f.*

A Illi proximus Carolus IX. Franc. Rex, qui, caelo in acie Montmorantio, cuius erat ensem Regi praeferre, quibuldam cum honoris ambientibus respondebat: Satis virum mihi est ad gestandum ensem. *Annal. Franc.*

Redeo ad Alphonsum: qui naufragos auxilium implorantes cum vidisset, suos cohortatus, opem ut ferrent. Quod cum facere pertimescerent ob exortum tempestatem, ipse navem solvit: Satis est, inquiens, una cum focis viris fortissimis occumbere, quam illos videre ante oculos extramari pati. *Panorm. lib. 2. de Gest. ejusd.*

Eximius erat Carolus V. Imp. ad praelium contra hostes, flabatque in acie intra vallum & stationes armatus: at hostis magna balistarum vi eum repellere conatur, momentibus autem suae salutis prospiceret, id solum obmurmurabat: Canes qui latrant, non sunt extimescendi: neque est quod timeatis, cum praesidio Dei satis vallati sumus. *Ex Franc. Robertelli Orat. Job. habita Bononia. Beyerl. supra.*

Petrus Sabaudiae Comes, feudum apud Othonem IV. petiurus, duplici ante eum habitu comparuit. Latus dextrum auratis vestibus, sinistrum armis insignis. Othoni vero, quid B inusitatus hic vestium habitus modisque portenderet, scitanti: Aurum, inquit, gestas in dextra, ad honorandam majestatem Imperatoriam: arma autem laeva sustinet, ut contra eisdem malevolos ad extremum usque spiritum dimicem. *P. Camer. medii. Hist. c. 6.*

Eisdem virtutis & fortitudinis Ludovicus XII. Gall. Rex Pergebat cum exercitu Mediolanum, & in itinere nuntium accipit, hostem oppidulum quod in transitu situm occupasse, tardiusque adveniente hospitio inibi deligendo, ait ille: Ego super corpora eorum hospitium accipiam, vel illi in meo. *Corozens de dit. mem.*

Claudat hoc totum de bellica virtute Stephanus Contarenius, natione Venetus. Hic Senatus iudicio rei maritimae in Benaco lacu praefectus, dum quippiam adversi nuntiatum esset, domum properans, evocata de superiori suarum adium parte conjuge: Scias, ajebat, me Benaceni ora praefectum, Senatu jubente. Tu itaque intra paucos dies, aut laetum a me partem victoriae nuntium expectato, aut mortis meae litteras, quibus hoc meum cadaver avitae sepulturae mandes. *Joan. Bapt. Egnat. lib. 6. c. 4.*

C ATHANASIUS, quum ei indiceretur a Juliano Imperatore exilium, merentibus cunctis, qui discessum ejus graviter ferebant, inque ipsam oculis coniectis: Bono estote animo, filioli, inquit, nubecula est, quae brevi evanescet. *Niceph. Gall. lib. 10. Eccl. hist. c. 19.*

D. AMBROSIIUS, postquam adversus Arianos, & Justinian Augustum in templo multa disputasset, atque orthodoxam fidem contra aliorum blasphemias fortiter defendisset, a Valentiniano Juniore iustus templum exire, respondit: Lubens id quidem non fecero, neque enim lapis ovium caulam prodam, neque blasphemis templum divinum concedam. Quod si necare me vis, in ipsa Ecclesia in me ensem aut cupidum stringe, peribenter enim caedem eam tulero. *Theod. lib. 5. cap. 13. & Niceph. Scholaster, lib. 12. c. 19. Eccl. hist.*

ACHEMENIDES, qui & Hormidas appellatus est, cum in Persia Christianam religionem in maxima piorum persecutione proficeretur, vocatus a Tarum rege, & oburgatus ob fidei confessionem, quam in homine extinguere minis conabatur, respondit: Impia atque difficilia a me petis rex, qui universalitatis Deum nequaquam abjuro, ut tuae majestatis stam amicus. Majus enim est crimen, divinam quam regiam laedere majestatem. *Niceph. lib. 14. c. 20. hist. Eccl.*

Idem vestimentis quibusdam donatus a rege, qui eum beneficis vincere conabatur, exardescens, tunicam concissam abiecit, & voce magna exclamavit: Si hujus, inquit, gratia me religionem longe optatum mutaturum putas, en munus tuum tibi una cum impietate habe.

Paulo Judaeus cum aliis Judaeis ex Caligulae aula ejectus quod divinos honores Caesari eos affectanti negasset, conversus ad suos dicebat: Bono animo estote viri: non deerit vobis qui auxilietur. Ubi enim cessant humana praesidia, divina succurrunt. *Euseb. lib. 2. hist. Eccl. c. 5.*

\* HIEROGLIPHICA.

Per Anteriora Leonis Hieroglyphicè robur significatur, propterea quod in eo animalis membra illa robustiora sunt ab excellenti enim vi quadam, uniuscujusque rei significata sua Aegypti desumebant. Expresit robur hoc Lucret. Carnis, cum ita scripsit;

Principio genus acre Leonum seu aquae scela Tutata est virtus. *Pier. Valer. lib. 1.*

Per Vespas hieroglyphicè pugnacitatem, & infestum adversus hostes ingenium significabant Aegyptii. *Idem lib. 4.*

Fortem quoque per Camelum Hieroglyphicè praefigurabant. Est enim in hoc animalante mirus dorsus, & onerum gerendorum robur indefectum, ut fame etiam ac siti pertinacissimè tolerata, in plures sub onere dies perseveret. *Val. Pier. lib. 17.*

Fortitudinem quoque nonnulli per Tigrim fluviorum omnium rapidissimum hieroglyphicè significant, quod quemadmodum velocissimus hic fluvius, qua parte ex Armenia in Mesopotamiam labitur, propter rapidissimam velocitatem sagittae (quae Armeniorum lingua Tigris dicitur) comparatur: sic fortitudo cursu quodam pernici concitata, obstantia quaeque demolitur atque profertur: nullisque obicibus, oppositisque molibus aut obtaculis impediti, quin quod ferri destinarit, eò victus prorumpat. *Idem lib. 21.*

Non temerè quoque Adamanem per fortitudine proponi, cui robur indomitum, vique insuperabilis nomen merito fecisset, quippe qui limae scalpro & malleo duritia inenarrabili resistat, quodque omnium maximè admirandum est, contra etiam ignis violentiam incolum lapillus evadat. *Idem.*

\* Fortuna.

DEFINITIO, ET PROPRIETATES.

FORTUNA Graecè τύχη, & τύχηος, fortuitus dicitur. Hebr. Gadh, ab verbo Gadhadh, turmatim excurrit: propter fortunae varias conversiones. Per etiam Soc, dicitur, id est, fors, Purim. Sortes, *Exher. 3. 7. & 9. 27.* & a verbo Por, labefactavit, fregit, irritum fecit. Sortes enim consilia humana variat, quae astutiorum cogitationes labefactat. Est autem fortuna causa per accidens in agentibus a proposito, semper & frequenter in his, quae propter hoc fiunt, *secund. Arist. lib. 2. Physic.*

Fortuna est causa per accidens, ut in paucioribus praeter intentionem, in his quae sunt propter finem, & a proposito, *secundum D. Thom. lib. 8. fin.*

Fortuna quid aliud est, quod fors, quid casus, quod even-tus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cedere atque evenire, aut aliter cadere atque evenire poterit. *Sec. Cicero. lib. 2. de Divinat.*

Fortuna nomen a volubilitate inditum est. Nam quae prius Fortuna a verbo dicebatur, littera U. mutatione in F. affinem (quod in plerisque dictionibus factum est) in fortunam abiit. Cujus praecipuum opus esse poetae finxerunt, ima fummis, imis summa committere, rerumque omnium vicissitudinem inducere, & cuncta invertere: cuius quidem vertiginis ergo *perpetua* τύχη a Pindaro appellatur.

Fortuna est accidentium rerum subitus atque inopinatus eventus: Multa enim, inquit Cicero, efficit inopinata nobis, propter obscuritatem ignorantemque caularam. *Descriptio fortunae per Lactan. lib. 3. de falsa sapientia, c. 20.*

Quomodo ergo Dea fortuna aliquando bona est, aliquando mala? an forte, quando mala est, Dea non est, sed in malignum demonem repente convertitur? *Aug. de civit. Dei, lib. 4. c. 18.*

Fortuna dicitur a ferro, quod temerè & sine ratione feratur. Est enim fortuna accidentium rerum subitus atque inopinatus eventus. Haec eadem fors dicitur. *Terenus O fortuna, o fors fortuna, ut nunquam es perpetua bona.* Aliud (ait Donatus) est fortuna, & aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res, unde & a fortuitis nomen accepit, secundum *Istor. lib. 8. Exirav. fors fortuna eventus fortunae bonus.* Nam fors fortuna est, cuius diem festum colunt, qui in arte aliqua vivunt: hujus aedes trans Tyberim erat. Sane fortunae vocabulum medium est, sed cum fortunam solum dicimus, intelligimus felicitatem, unde fortunatos felices nominamus, infortunatos vero infelices, & infortunium malum fortunam: fortunatè est prosperare, & bonis augere. *Cic. Tibi patrimonium aiti fortunent.* Hinc fortuna dicitur divitiae, & fortunatum adverbium, prosperè ac feliciter. *Plut. Fortunatum omnia succedant.* Fortunatè etiam Infula in mari Atlantico Gorganas, sic dicta a fructuatum ubertate.

FORTUNAE DESCRIPTIO APUD PORTAS.

Horat. 35. Od. lib. 1.

O diva gratum quae regis Antium, Praesens vel imo tollere de gradu.

Mortale

Mortale corpus, vel superbos Vertere funibus triumphos. *Te pauper ambit solis in prece*

Ruris coloris: te dominam aquarior, Quicunque Bithyna laessest

Carpathium pelagus carina. *Te Dacus asper, te profugis Scythae, Vrbesque gentique & Latium ferox,*

Regumque matres Barbarorum, & Purpurei matris tyranni. *Injurioso ne pede prorvas*

Stam em columnam: nec populus frequens Ad arma cessantes, ad arma

Conciet, imperiumque frangetas. *Te semper anteici seva necessitas,*

Clavos trabaleis, & cuneos manu Gstant athena, nec severus

Vnus abest, liquidumque plumbum. *Te spes, & albo rara fides colit*

Yelata panna, nec comitem abnegat: *Vicunque nuntia a potentes*

Veste domos inimica linguis. *At vulgus infidum, & meretrix retro*

Perjura cadit, diffugiunt cadis *Cum face siccatus amici,*

Ferre juvem pariter dolosi, &c. *APUD HISTORICOS.*

Sapienter fecisse videri possunt, qui fortunam volentem, eam variamque finire. Nihil certè hac una (si quid illa est) inconstans, nihil magis variabile: nunc blanda & indulgens, nunc saeva & infesta; nec ullis infestis irascitur, quam quos indigentissime fovit: sique ex matre subito novetca, ex novetca mater: nec, si queratur causa, alia reddi possit, quam quod illa libeat, quodque incerte fors sint res humanae. Circumfribit sese tamen stulta mortalitas, prudentiamque reputat suam, tanquam homo semper sapiat, praesertim in rebus subitis & inopinatis, in quibus ne sapientes quidem satis sibi sapiant. *Sabell. de subita mutar. fort. lib. 7. c. 8.*

Haec nostra vis est, hunc continuum ludum ludimus. Romam volubili orbe verlamus. Infima fummis, summa infimis *C mutare gaudemus. Ascende, si placet, sed ea lege, ne uti cum*

ludiri me ratio poterit, defendere, injuriam putes. An tu motes ignorabas meos? *Boet. de Consol. lib. 2. profa 2.*

An tu in hac vite fuerat nunc primum subitus, hospesque venisti? Ullamne humanis rebus inesse constantiam reris, cum sepe ipsum hominem velox hora dissolvat? Nam est rata est fortuitis manendi fides, ultimus tamen vite dies mors quaedam fortunæ est etiam manentis. Quid ergo referre putas, tunc illam moriendo deferat, an te illa fugiendo deferat? *Ibid. profa 3.*

Erenim plus reor hominibus adversam, quam prosperam prodesse fortunam. Illa enim semper specie felicitatis, cum videtur blanda, mentitur. Hinc semper vite est, cum se instabilem mutatione demonstrat. Illa fallit, haec instruit. Illa mendacium specie bonorum, mentes fruentium ligat, haec cognitione fragilis felicitatis abolvit. Itaque illam vides ventosam, fluentem, tuique semper ignaram: hanc sobriam succentamque, & ipsius adversitatis exercitatione prudentem. *Ibid. profa 8.*

*Εάντι, ετι δει τύχη εν φθόν, διωχωνι απορη. Λαι αδρπορη. εδδ ε πικρα λεγον διεν πειθειδε εδεις ταυτα ε περτοι εν χροι εναδρποι ενιουδα, αναχων ενδεδυροποι. εχθισιν ε ιδιουμ ετι ετι ε αδρπορη αυτη, ποικα ορρονητα, μανδρος κρπειεν. Ιδ εστ.*

O hopes, id quod a Deo praesinitum est, averti per hominem non potest. Nam ne vera quidem dicentibus parere vult quicquam. Haec scientes plurimi Perlarum, sequimur, necessitate vincit. Gravissimus autem dolor est inter homines, si quis permulta sciens, nihil obtineat. Fortuna immeritos auget honoribus, innocuos vero claudis afficit. *Herod. lib. 9.*

FORTUNATI. INFORTUNATI.

Docet experientia, quodam homines dici fortunatos, quibus omnia ex animi sententia procedunt, unde & Boni Pedis vocantur; sed apud Perficum, Quicquid calcaverit hic, rosa fiat: & apud Penos dicitur Naphthiojes, juxta S. August. *epist. 14.* Alios infortunatos, quibus omnia, etiam si feliciter sint excogitata, infelicititer succedunt. Hinc de eligendo belli duce maxime disputatur, num felix sit, an infelix. *Exempla pete ex Tit. de Felicitate.*

ERRORES CIRCA CAUSAM.

Gentiles caeci & duces caecorum, eam etiam causam putaverunt hujusce disparitatis, Fortunam quae non pro merito, *L. B. T. beat. Vita Human. Tom. 111.*

sed fortitudo etiam impiis felicitatem, piis vero miseriam afflaret persequere.

Genethliaci hominis cuiusque fato id tribuerunt.

Astrologi stellis & horoscopo id assignant, unde & ex illis divinant futura unicuique; sed quam vanè, docet experientia. Vulgus casu autumat evenire. Quidam prudentia & industria humanae tribuunt, quam verè nonnunquam caecorum eventuum causam esse, nemo ignorat.

DEUS EST FORTUNA APUD CHRISTIANOS. Deus horum omnium est causa; cur nempe hi praeter illis fortunati existant, cum enim sit omnium Dominus, singulis pro ut vult, dispensat, & dona sua imperit, unde Plaltes: In manibus tuis sortes meae.

Quippe respectu Dei nihil est casuale aut fortuitum, sed omnia praevia, provisiva, & in se ordinata. Ideoque B. Augustinus, ab ore Christianorum eliminandam censuit opinionem, & nomen Fortunae, juxta mentem Gentilium. Nam ut Deus est natura naturans, quomodo quibusdam Philosophis placet loqui; ita & fortuna fortunans: hoc est, sicut ipse est auctor naturae, ita & fortunæ. Fortassis id etiam aliquoquin viderat F. Ethicus *Juvenalis*, dum ita scribit:

— Sed nos Te facimus Fortuna Deam, calque locamus. *EJUS SIMULACRUM ET CULTUS APUD ETHNICOS.*

UBI DE FORTUNA AUREA. Simulacrum Fortunae cum cornu & gubernaculo pingebant, ut qui opinarentur, illam & opes, & humanarum rerum imperia largiri. Hinc Livius fortunam in omni re dominari scripsit.

DEMOSTHENES in clypeo suo bonam fortunam scripsit, quod opinaretur, eam dominam regnorum esse. Vestium illius templum fuit Praeneste, unde & certa oracula per sortem eruebantur. Quomodo etiam apud Antium, responsa ab illa petebantur.

Olim autem Fortuna aurea servabatur in cubiculo Imperatorum, quasi regni Fatum. Hanc Severus Imperator mortiens in duos filios aequaliter divisit, teste *Spartiano*.

Ita Antonius Plus moriens, ait *Capitolinus*, M. Antonio reimpub. & filiam, praesentibus Praefectis, commendavit; Fortunamque auream, quae in Principum cubilibus servari solebat, transferri ad eum iussit.

Etiam Judaei ad impietatem prolapsi, tempore Isajae Prophetae, Deo relicto, Fortunae cultum deserebant; unde per illi corripuntur *c. 65. vers. 11. Et vos qui dereliquistis Dominum, & ponitis Fortunam mensam;* ubi pro Fortuna, est Hebraeis Gad. I. felicitas Fortunae. Hinc Lia filium ex Zelphe ancilla sua natum vocavit Gad, dicens, Felicitas. *Gen. c. 30. vers. 11.* Itaque Gad erat Deus Gentilium, quem in bello victoriae adesse existimabant, & alii Martem, alii Fortunam dicebant. Atque hinc Germani olim bellis & rapinis addicti, Deum suum vocavit Gotted, quasi fortitudinis aequae ac fortunae bellicae praesidem.

Haec de causa Ancus Martius Fortunae templum dedicavit, sorore Numa natus: videaturque fortunam cognominem fecisse fortunandam, cui ad obtinendam victoriam fortuna platinium consert.

Itaque Fortunae, uti & aliis Diis suis, mensam variis deliciis refertam ponebant, quibus illos delectari arbitrabantur; uti etiam legitur *Daniel 14. de Belo*.

BUPALUS, inquit *Gyrald. syntag. 16.* primus omnium Fortunam statum Smyrnae effecit, polum capite sustinentis, manuque Amalthaeae cornu. Post haec Pindarus Deam ipsam celebravit. Verum jam ante Orpheus Fortunae hymnum cum thuris thymiamate concinuit.

Fuit & in Aegeta urbe Fortunae simulacrum, gestantis similiter cornucopiae, juxta quam Cupido erat alatus. Qua re significari putat Paulianus, quod ea etiam, quae ad amorem pertinent, fortuna magis quam pulchritudine mortalibus succedant. Sic & *Lactantius lib. 3. cap. 28.* docet, Fortunam effigari cum cornu copiae & gubernaculo, tanquam opes tribueret, & humanarum rerum regimen oblineret.

Hinc *Plin. lib. 2. c. 7.* exclamat: Toto mundo, & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus sola fortuna invocatur, & una nominatur, una accusatur, una agitur res, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum concivis colitur. Volubiliusque existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque faustrix, hinc omnia expenta, hinc omnia feruntur accepta, adeoque obnoxiæ sumus fortis, ut fors ipsa pro Deo sit, qua Deus probatur incertus.

Zz Apud